Vergilius Maro, Publius; Brant, Sebastian [Editor]: Publij Virgilij Maronis Opera: [cum quinque vulgatis commentariis ex politissimisque figuris ...]

Straßburg, 1502 Seite 407v






procurrit: fratri q; ensem dea Daunia reddit.
Quod venus audaci nymphe idignata licere
Accessit: telumq; alta ab radice reuellit:
Olli sublimes armis: animisq; refecti
Hic gladio fidens: hic acer & arduus hasta
assistunt contra certamina martis anheli.
Iunonem interea rex omnipotentis olympi:
Alloquitur fulua pugnas de nube tuentem.
Que iam finis erit cōiunx? quid deniq; restat?

v Audaci nymphe indignata licere. S. vt supra diximus: vbicunq; inducit nitentē aliquem sine effectu audacem dicas.
x Armis animisq; refecti S. Refecti sicut armis: ita & animis. Nanq; armorū inopia animi ante viriusq; torpebant.
y Certamina martis anheli. SER. Alii certamine legunt: vt sit sensus: adsistunt contra se Martis anheli certamine.

z Fulua de nube. S. de aere elemento suo.
z Que iam finis erit cōiunx: qd deniq; Indigentem Aeneam. SER. Deniq; verba ista: quasi iā tedi antis sunt: ad longā Iunonis iracundiam. Vnde & paulo post ait: Desine iam tandē: precibusq; reflectere nostris.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/vergil1502/0827
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die Gesellschaft der Freunde Universität Heidelberg e.V.